

Scholis ad cap. 8. 1. Reg. Eleasare in Gen.  
compluribus alijs. Sic Samuel antiquissi-  
us Hebræorum magister, primam conversio-  
nem annuam in æquinoctio autumnali statuit.  
Josephus lib. 1. Judaicarum antiquitatum  
eum his testatur: Contigit vastitas diluvij  
no ætatis Næ 600, mense secundo, qui  
à Macedonibus vocatur, ab Hebræis  
arsanone sive Marhesvan; qui partim  
Octobri respondet, & partim Novembri. Sic  
in Ægyptij distinxerunt annum. Moses  
item Nisan, qui est Xanthicus Macedonicus  
ensem primum in suis fastis ordinavit: quod  
per hunc Ebræos ex Ægypto eduxisset: eum-  
dem & omnium quæ ad rem divinam per-  
tinerent, exordium fecit: alioqui quod ad  
ordinationes rerum, reliquamq; dispensa-  
tionem anni attinet, nihil de pristino rui im-  
mutavit, Hæc ille.

Et hodie adhuc vagantes Iudæi, cum Se-  
ptembri annum claudentes Kalendas Octobris  
celebrant, & ab ijs annum ordiuntur, Ægy-  
ptij & Chaldæi antiqui, Astronomi indu-  
ctij pro autumno faciunt, & teste Iulio Fir-  
micio, à majoribus acceptum tradiderunt po-  
steri.